

**Bulla reformationis Tribunalium  
Arbis a Julio II pont. max.**

**Po. Ro. procurate edita.**



**N**VLIVS EPISCOPVS SERVVS  
SERVORVM DEI AD perpetuam  
rei memoriam Decet Romanum Pont.  
ex debito sui pastoralis officii prospicere  
ut ubiq; presertim in hac Alma  
Urbe ad quam pro iustitia totius orbis confluit ne  
propter varios diversorum Iudicum & tribunalium  
concurfus ac varias & diversas procedendi formas pre-  
sertim pauperes litigantes in eorum bono iure ledantur  
sed ut cuilibet ius suum explicite quantum possi-  
bile sit reddat & iurisdictiones ius reddentium ita di-  
stincte sint ut nulla confusio & perplexitas oriri possit  
Sane prout ex multorum querela ac nuper a dilectis  
filiis Nobilibus uiris Ludouico de Matheis & Marl-  
iano de Castellanis ac Lutio de Lutijs Conservatoribus

Romanorum Civium & Camere prefate Urbis necnon  
Ludouico de Censis Priore capituli Regionum & Paulo  
de Planca nri Consistorii & ipsorum Conservatorum aduoca-  
tato accepimus adeo a certis temporibus citra diuersa  
iudicia tribunalia in Vrbe insurrexisse adeo etiam  
ipsi Iudices tam ordinarii quam delegati inter se con-  
currere & in procedendo uarium modum obseruare ut sepe  
litigantes ipsi confusione quadam perterriti causas ipsas de-  
serere cogantur aut illas inchoare non audeant sepe etiam  
adeo celeri Iudicio expediri ut precipitari quodam mo-  
do uideantur in magnum ipsorum litigantium preiudicium  
ac Iustitie & officii nri detrimentum. Nos igitur in  
premissis prouidere uolentes ac cupientes ne litigantes  
ipsi tam in confusione tribunaliu huiusmodi quam etiam in  
expensis & eorum bono iure grauentur quodque etiam qui  
libet forum suum intelligat & sequatur inherentes etiam  
uestigiis felicis recordationis Sixti Pape. iiii. patru  
& predecessoris nri qui ut etiam accepimus quascumque desu-  
per constituit ordinationes in uolumine statutorum dicte  
Urbis descriptas Motu proprio non ad ipsorum Con-  
servatorum uel alterius pro eis nobis super hoc obla-  
te petitionis instantiam sed de nostra mera delibera-  
tione statuimus & ordinamus quod omnes Incole Rome  
habitantes dummodo non sint Campsores & notabiles  
mercatores. Ro. Cu. sequentur Oratores Principum & alia-  
rum Comunitatum familiares Cardinalium ceterum tam  
comensales uel officiales Ro. Cu. dummodo Romani non  
existant aut Curiales Ro. Cu. sequentes & in illius usu

existentes qui omnes in eorum foro natione Civis oēs  
seculares cōveniant in curia Capitoliū aut corā aliis  
officialibus secularibus Urbis prout ad eorū officium  
spectat & non aliter. Quodq; omnes clerici Romani  
cōveniant corā Vicario nō in spiritualibus in Vrbe  
aut aliis clericis & officialibus ecclesiasticis Urbis ad  
quos spectat ac quod de oibus excessibus factis in Vr  
be ratione territorii laici puniant per officiales laicos  
urbis clerici vero Ro. p. Vicariū prefatū. ¶ Utē  
quod laici q; sequuntur curiā tā mares quā femine & nō  
alii cōveniant in curia Marscalli dūmodō non sint  
persone p̄dicte videlicet Campsores & Notabiles  
Mercatores Ro. Civ. sequentes oratores principū & cō  
munitatū familiares Cardinalium laici vel officiales  
Ro. Civ. etiam Curiales q; indifferenter conveniantur  
dūtaxat corā Auditore Camere tanq̄ Iudice exempti  
eorū in Civilibus in Criminalibus vero quo ad laicos  
eandē curiā sequentes inter ipsū Auditorem & Mar  
scallum & Governatorem sit locus preventionis dū  
modo nō agat de pena capitali vel mutilatione mē  
mbri quo casu Auditor nō se intromittat iuxta alias  
n̄ras litteras desup̄ expeditas. Volumus etiā quod ab  
eodem Marscallo appellet ad prefatū Auditore Ca  
mere & quod Iudex deputādus p̄ ipsum Marscallū  
nō possit stare in officio ultra duos annos & in fine cu  
iuslibet anni debeat Scindicari per Scindicū p̄ nos  
deputandū & repertus culpabilis puniri in reliquis  
servetur littere nostre desup̄ edite. ¶ Insuper vo

sumus & mādamus quod Vicecamerarius siue Gubernator in Vrbe nullū tribunal cognitionū causarū priuatarū teneat neq; p se neq; p aliū sed ad eū ueniēte ad suū iudicem remittat & sit sup. intendens ut quilibet in premissis officiis suos terminos obseruet & cōtrafaciēte puniat aut nobis referat & debeat Carceres oīum pmissorū uisitare una cū aliis ad id p nos per alias nras lras deputatis & de officialiū ciuimaxime Notariorū maleficioz transgressionibus cognoscere. In concernētibus autē statū aut pacē & quietē Ciuitatis & Ro. Curie quantū uideat necesse esse officialē ad quē spectat iuuare & oia pro posse ad pacē reducere. ¶ Necnō causas querelarū contra Barones ac capitales uidelicet mortis naturalis & brigarū una cū paceriis iuxta formā statutorū Urbis & treugarū seu securitatū aut pacis ruptarū in quibus treugarū securitatum aut pacis ruptarū etiā per seipsum. Item mercedū salariorū quas causas mercedū sine tribunali & scripturasummarie manu regia cognoscere possit & terminare iuxta formā dictorum statutorū uel iuris cōmunis ubi statuta deficerēt & in quibus oibus locus sit preuētionī inter ipm & Senatōrē & si cōcurrat Senator preferat. Notariū uero Gubernatoris soli p seipso & non p substitutos officiū exercent aut sine tribunali prout alias Ludouicus Sabinus & Marius Cerretanus tempore eiusdē Sixti pdecessoris exercere solebant qui etiā registra aliqua nō faciunt ipseq; Gubernator unū tantū Conestabilē seu Capit

tancū retineat cum uigintiquinque satellitibus & sine  
dicto condestabili executiones ipsius Gubernatoris  
fieri nō possunt. ¶ Volumus etiā quod idem Guber  
nator uigore obligationū in forma Camere Aplice  
nō possit aliquem excommunicare nec excoīcatū publi  
care nec censuris ecclesiasticis in aliquo casu uti prout  
antiqui Gubernatores non sunt usi & censure p̄ eum  
sup̄ hoc late sunt ipso iure nulle. ¶ Similiter uolumus  
quod Baricellus sit merus executor & nullū iudicare  
ualeat q̄d̄q̄ executiones in capitalibus per eum fiende  
fiant in Capitolio prout ab antiquo consuetū fuit nisi  
aliter pro temporis & maleficii qualitate & grauitate  
uisum fuerit expedire possit & reprobos in fragranti cri  
mine punire iuxta formā breuis facultatis sue. ¶  
¶ Item uolumus quod omnes officiales quicūq̄ sint  
etiā Gubernatoris & Auditoris Camere p̄dictorū &  
reliqui alii & etiā ipse Baricellus in fine cuiuslibet  
anni scindicari debeant p̄ aliquos p̄ nos deputādos iux  
ta formā eorūdem l̄arū n̄arū ipseq̄ Gubernator ten  
neat p̄ se & eius officialibus & in principio eius  
officii debeat sup̄ hoc cauere, Similiter Auditor ca  
mere p̄fatis i fine cuiuslibet anni teneat reddere rati  
onē corā eisdē deputandis de gestis p̄ se & eius locū  
tenentem. ¶ Volumus etiā ut libus finis citius  
imponat̄ quod tam a Iudicibus Capitolinis quam  
etiam quibuscūq̄ aliis in causis que alias essent de  
foro Capitolino appelletur ad Capitaneū Urbis uel  
aliū p̄ nos deputandū dūmodo quo ad causas dictū

fori in Capitolio tribunal teneat quod etiā in causis  
in curia Gubernatoris eiusdem pendentibus & que  
pendere cōtigerit habere locū decernimus a quo iu-  
dice appellationis appellari non possit nisi prout &  
quantū statuta hmoi in causis Curie Capitolii pmit-  
tunt. Postremo mandamus in oībus Curis ordinariis  
Vrbis & in oībus solutionibus Notariorū executorum  
etiā pro executionibus fiendis p ipsum Baricellū ac  
pro mercedibus quorūcūq; aliorū officialium seruari  
tabulam Marmoream in Capitolio affixam & ubi in  
aliquibus casibus illa deficeret mandamus seruari  
statuta Vrbis. ¶ Volumus etiā quod pro quibusuis  
sigillationibus presertim mandatis de relaxando in  
carceratos & aliis quibusuis apodissis nil solvatur  
nisi prout in dicta tabula continetur seu in dicta Cu-  
ria Capitolii seruari consuevit: Ita tamen quod pro re-  
laxatione Innocentium nil penitus solvatur p ipsum  
captiuū sed p eum ad cuius instantiā forsan captus  
fuit maxime in capturis pro suspecto & fugituo quo  
casu novas reformationes dicte Vrbis seruari uolu-  
mus decernētes in Vrbe prefata nulla alia ordinariorū  
Iudiciū tribunalia teneri posse nec iurisdictiones cau-  
sarū exerceri nisi in locis predictis Quodq; sententie  
tam diffinitive quā iter locutorie nec nō decreta exe-  
cutiones mandata processus censure & quicquid secus  
contra premissa fieret nullius fore roboris uel momē-  
ti presentibusq; derogari nō possente derogatum cen-  
seri etiā per nos aut successores nostros nisi de nomi-

nibus & cognominibus litigantiū iudicium & interesse  
habentium ac ipsarū presentium de uerbo ad uerbū  
totalis & specialis mentio fiat. mandantes Gubernato  
tori Senatori Auditori Camere Marscallo Baricello  
eorumq; iudicibus & Executoribus prefatis nec non  
quibusuis aliis personis sub excommunicationis late  
sententie ac centū ducatorū penitentis quotiens con  
tra premissa seu aliquod premissorū fecerint incur  
rendis & in eorum Syndicibus exigendis ne con  
tra ordinationes statuta & uoluntate nostram hūmōi  
uenire aut aliquid acceptare audeat. Non obstantibus  
Constitutionibus & ordinationibus apłicis ac quibusuis  
privilegiis etiā fori ac exemptionibus indultis & fa  
cultatibus quibusuis personis etiā Vicecamerario  
seu Gubernatori prefatis aut Collegiis uel Confrater  
nitatibus etiā quauis causa & Motu proprio & ex cer  
ta scientia ac cū quibusuis clausulis et. derogato  
riarū derogatoriis fortissimis etiā quibus derogari  
nō possent nisi sub certis modo & forma p nos & sedem  
apłicam concessis & concedendis ceterisque contrariis  
quibuscunq; Nulli ergo omnino hominū liceat hanc  
paginam nri statuti ordinationis uoluntatis decreti  
& mandati infringere uel ei ausu temerario contraire  
Siquis aut hoc attemptare presumpserit indignationē  
omnipotentis dei ac beatorū Petri & Pauli Apłogū  
eius se nouerit incursum;

Dar. Rome apud Sanctum Petrum Anno  
Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo  
duodecimo Quinto KP Aprilis Pontificatus  
nri Anno Nono

V. Copis.

Ego R. Eps Ostien Car. S. Georgi subsc.

Ego A. Car. Tituli S. Vitalis subsc.

Ego Pc. Car. Tituli S. Eusebii subsc.

Gratis de mandato S. D. N. Pape

pro populo Romano

C. C. Barotius

C. R. Cabredo

C. B. Palinus

**CVM PRIVILEGIO.**

Vertical text on the left margin, likely a library or archival stamp.